

Hermann Lembke

**Hermannus Lembke/ I.U.D. Professor Ordin. Facultatis Iuridicae Senior, & quo ad hunc actum Decanus, Suo & Totius Collegii Iuridici nomine Ad Disputationem Inauguralem, Dn. Johan. Wilhelmi Velhagii, Bilefeldia Westphali, In Auditorio Maiori, Die XXXI. huius Maii, Volente Deo, habendam, Magnificum Dn. Rectorem, Serenissimorum Ducum Mecklenburgicorum &c. &c. Legatos Illustres, Senatum Utriusque Reipubl. Amplissimum, & Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... officiose invitat : [P. P. Rostochii sub Sigillo Facultatis nostrae 20. Maii Anno 1666.]**

Rostochii: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735202982>

Druck    Freier  Zugang

RU jurist. 31. Mai 1666

Velhagen, Joh. Wilh.

Lembke/Hermann/6







Vorrede der Freunde  
Pred. Leopold  
Vert.: Volksg. 1666

Progr. + Druck



HERMANNUS *Gembke*

J. U. D. Professor Ordin. Facultatis

Juridicæ Senior, & quoad hunc actum

DECANUS,

Suo & Totius Collegii Juridici

nomine

A D



DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

Dn. IOHAN. VVILHELMI

VELHAGII,

Bilefeldiâ Westphali,

In Auditorio Majori, Die XXXI. hujus  
Maji, Volente DEO, habendam,

MAGNIFICUM Dn. RECTOREM,

SERENISSIMORUM DUCUM MECKLENBUR-

GICORUM &c. &c. LEGATOS ILLUSTRES,

SENATUM UTRIUSQUE REIPUBL. AMPLIS-

SIMUM, & Omnes omnium Ordinum Cives Acade-

micos, juxta ac cœteros Literatos, litera-

rumq; Fautores submissé & offi-

ciosè invitati.

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILLI, Academia Typogr. clo Iac LXVI



Ummus Naturæ & rerum omnium conditor  
D E U S , cognationem quandam inter homi-  
nes constituit , & genus mortale vinculo quasi  
quodam aut nexu colligavit , ut si recta ratio-  
nis ductum sequi velimus , non simultatibus aut  
odiis , sed beneficiis mutuis certare conveniat ,  
homoqué homini , non lupus aut diabolus , uti  
est in proverbio , sed Deus esse debeat . Nequé  
vero h̄ic discriminē reperitur Marium aut Fœ-  
minarum , sed quemadmodum utraqué persona in hominum pro-  
creatione , similē naturæ officio fungitur , ita in dispari sexu admirabilem  
animadvertere licet consociationem & corporum animo-  
rumq; copulam , ita ut duo reputentur in carne una . Animalia ipsa ,  
etiam brutissima , juris peritiā censerī , h. e. Naturam , simulacrum  
aliquid juris in iis repræsentare , dum Mas & Fœmina conjunguntur ,  
fœtus procreatur , idemqué sollicitè educatur , monet Magnificus ille  
Justinianī Quæstor sacri Palatii & aulæ Magister Tribonianus . Certè ,  
miserrima est illarum domorum & consequenter Reipubl. conditio  
& facies , in quibus marito & uxori non benè convenit , sed identi-  
dem post fribuscula , post rixas & jurgia redeundum est in gratiam  
& visitandum s̄epius Viriplacæ templum : At concordia & amor  
conjugalis , mutuarum operarum collatio , & symbola reciproca ,  
columen firmum sunt & stabilimentum tūm Familiarum , tūm Re-  
rumpubl. Ita ergò ipsa Natura magnam inter utrumquē sexum in-  
duxit familiaritatem & jucundi contubernii ardentissimum indidit  
desiderium , quo humano generi immortalitas , in mortali hac vita  
artificiose conciliari videtur , ut ex procreatione liberorum genus  
renovatum perpetuō maneat , sine quā societate & individuā Viri &

Mulieris

Mulieris consuetudine, solitudo & squalor & vastitas in orbe foret.  
Cæterum, quia Fœmineus iste & sequior sexus, multis vitiis, multis  
erroribus obnoxius deprehenditur, merito prærogativam & eminen-  
tiæ Majestatem præ isto, sibi vindicant & afferunt Viri, cùm major  
Masculini sit dignitas, ut docet Ulpian. *in l. 1. ff. d. senat.* dignitatem  
quæ Fœminæ ex se nullam habeant, sed omnem à Maritis mutuén-  
tur, eorumquæ coruscent radiis *l. 13. C. d. dignit.* Quinimò sexus Ma-  
sculinus (ut Ælianus annotavit) etiam inter bruta videtur à Natura  
præferri, siquidem Draco mas, insignis est cristâ & barbâ hirsutus; Gal-  
linaceus & ipse cristatus, non Fœmellæ. Expressius Euripides *de*  
sexus prærogativa, cuius versus extraditione Erasmi, hi sunt:

Præstat unicus Vir, estquæ lucis hujus munere.

Dignior, quam multa sanè Fœminarum millia.

Et quidem, quod vitia, quibus vexantur aut subjacent Fœminæ, con-  
cernit, placet ex uberrima messe, quam Jura exhibent, de hoc argu-  
mento facere spicilegium, & pauca saltem feligere: Certè, si specte-  
mus externa, Fœminæ Corpore sunt debili, imbecillo, fragili: Unde  
mulierem à mollitie dictam, sicut virum à virtute, Gratianus cum  
Ambrosio arbitratur: Si Animus perspiciamus, infirmus est, qui  
Eas regit, instabilis, levis, inconstans; Voluntas earum momentaria,  
ut loquuntur Impp. *in l. 20. C. in off. test.* quæ ter aut pluries in una ho-  
ra mutetur, juxta Bald. *in l. quoties C. d. suis & legit. scil.*

Varium & mutabile, semper fœmina.

Vel, ut cum Gloss. *in c. forus 10. §. f. X. de V. S.* Variantem earum ani-  
mum exprimamus,

Quid levius fumo? flamien. Quid flamine? Ventus.

Quid vento? Mulier. Quid muliere? Nihil.

Eleganter Naso corpus & mentem hujus sexus simul depingit:

Ut corpus tenerum, sic mens infirma puellæ,

Fortius ingenium suspicor esse Viris.

Utiverò Animus fœminarum volubilis, inconstans, fluctuans & in-  
certus, ita Consilium earundem, fragile, minus circumspectum, in-  
validum, & plerumquæ adversus propria commoda laborare inveni-  
tur *l. 4. C. d. sponsal.* Facilitate innatâ, variis captionibus sunt suppositæ,  
decipiuntur, moventurquæ persuationibus, blanditiis vel etiam mi-

Nis, & quæ promptè, quàm pueri aut minoreines, quibus optimè & qui-  
parantur. Propter hanc animi instabilitatem, impotentiam & in-  
firmitatem facillimè implentur & consternantur pavore, ne tantus  
in iis requiritur metus, ut dicatur justus, quantus in viris; Hanc  
intelligere est, sequiorem istum sexum ad arma vibranda, ad belli ex-  
peditiones inidoneum atqué arcendum. Accedit, quod mulierum  
proprium & convenientissimum officium sit, domestica curare & te-  
lam ex penso trahere. Qvod ipsum intendit sapientissimus Salo-  
mon Proverb. 31. Manum suam (loquitur de matrefam) misit ad colum,  
(non ad hastam) & digiti ejus apprehenderunt fūsum, quæsivit la-  
nam ac telam (non telum) & operata est consilio manuum suarum.  
Hæc fragilitas & judicij imbecillitas, aut defectus, movit Legumlato-  
res, quod removerint ab omnibus officiis civilibus & publicis fœmi-  
nas, quippè par non est mulier gerendo judicandi muneri, arbitrioq;  
ferendo, nequit postulare, nequit docere, nequit idoneus esse testis,  
non habet in potestate liberos, adeoq; nec pupillariter illis substitu-  
ere, nectutores scribere, nec sine sacro Oraculo & indulgentiâ Prin-  
cipis adoptare potest, quin immo, ipsa ex instituto summi Legislatoris  
potestati ac dominio Viri est subjecta; quod tamen non Herile (quo  
primis Romanæ Reipubl. temporibus, marito uxorem certis de cau-  
sis, si vel in adulterio deprehensa fuisset, vel partum supposuisset, vel  
vinum bibisset, impunè interficere licebat Dion. Halicar. lib. 2. ant.  
Rom. Gell. lib. 10. noxt. attic. c. 23.) sed Maritale esse oportet, non fusti-  
bus ac flagellis, prout nonnulli ex sinistra interpretatione Nov. 117.  
c. 14. falsò sibi persuadent, sed blandis verbis ac piis admonitionibus  
exercendum. Nequé enim ex pede desumpta est Uxor, ut pedibus  
conculcari, sed ex costa de latere, ut intimo corde amari debeat: Et  
quis unquam propriam carnem odisse fertur? sed & propter alia Ani-  
mi vitia atqué ægritudines male audiunt fœminæ; sunt namquæ sua-  
ptè naturâ superbi, tumentisq; & elati animi, ut tradit Alber. de Ro-  
sat. ad l. adversus C. d. crim. exp. hered. sunt ambitiones & dominatio-  
nis ac imperii adeò cupidæ, ut ne quidem propriis pepercisse liberis  
legantur, saltem ut dominarentur: Sunt plus quàm avaræ, undè  
Accurs. non semel eas appellat avarissimum Hominum genus, quasi  
non satis esset, dicere avarum; & Baldus pro monstro habendum aut  
miraculo,

miraculo, existimat, si mulier vel obolum donet, quippè cùm libera-  
litas & munificentia abhorreat à natura & genio earum, vel, ut ha-  
bent verba Illp. in l. 33. §. 1. ff. de don. int. vir. & ux. sit contra sexus na-  
turam. Unde præsumuntur seductæ ac circumventæ aut delini-  
mentis instigationibusq; corruptæ, si quicquam largitæ fuerint, ut  
respondeat Socin. conf. 10. Sunt porrò garrulæ & loquaces, & quem-  
admodum costæ in saccum collisæ sonum edunt, terra verò concussa  
non æqvæ, ita mulieres ex costis factæ, loquaciores sunt Viris, ex ter-  
ra creatis: Sunt & mendacioquæ, quod Bartoli inde probatum con-  
tendit, quia Leges volunt fidem haberi & credidicto effatoq; Viri bo-  
ni, quod de fœmina nuspian expressum; quo pertinet ille Menandri  
Versus:

Non admodum solet quicquam veri dicere mulier:  
Sed quid multis? Divus Chrysost. in ea homil. quam in decollatio-  
nem S. Johannis edidit, plurima maledicta in hunc sexum congesit.  
Divus item Epiphanius, prioris contemporaneus, sermonem habuit  
ad populum, fœminarum vituperatione plenissimum: Nec in eas  
mitior fuit Hieronymus: Ex Nostris, infinita in unum quasi corpus  
coacervarunt Alb. de Rosat. Cœpolla, Carolus Degrassarius & Alii;  
sed & Gallus aliquis celebris, multæ magnaq; eruditioñis ÿctus, atro-  
cissimè invehitur in sexum sequiorem his verbis: Fœminæ suâ na-  
turâ sunt sceleratae & vitijs deditæ, ut totæ ex illis compactæ videri  
possint atque conglutinatae, omniaq; prorsus flagitia in earum ani-  
mum, ceu quandam cœnosam, fœculentamq; ac teterim senti-  
nam confluisse conspiciantur, ut immensa aliqua vorago aut gurges  
vitiorum, turpitudinemq; omnium fœminæ dici queant, utq; ex iis  
vitia omnia, aut ipsæ ex vitiis ortæ videantur: Iniquior adhuc in mu-  
lieres est, post Platонem, qui, (vix tunc ratione sanâ ductus) dubitat, an  
ad animalia rationalia, an irrationalia fœminæ referri debeant; Cu-  
jacius, qui lib. 6. obs. 21. asserit, mulieres appellatione hominis non  
venire, quem errorem tegit & palliat schemeate l. 38. §. 5. ibi: qui ab-  
ortionis aut amatorium poculum dant, eoque mulier aut homo perierit, sum-  
mo suppicio afficiuntur. ff. d. pæn. cùm tamen textus iste nihil patroci-  
netur absurdo huic dogmati, siquidem mulier & homo in d. l. sibi re-  
lativè opponuntur, Paulus enim loquitur (1) de abortionis, (2) de

amatorio poculo : ad illud, Mulieris, quæ sola abortum facere potest, ad hoc, Hominis nomen pertinet, sive mas sive mulier sit, cum uterquè Phyltro corrumpi, eodemq; perire possit. Hactenus, quæ partim in juris nostri voluminibus, partim à fœminei sexus adversariis & cavillatoribus inclementius dicta, commemoravimus: Nunc vela vertimus illudq; adjungimus. Etiamsi in variis juris articulis deterior sit conditio Fœminarum, quam Masculorum, tamen ex commiseratione sexus, ipsis quoque privilegia, quorum beneficio fragilitati atque indemnitati suæ optimè consulere possit, non pauca concessa esse: quo referendum, quod Fœminæ citius nuptias contrahere, maturius testamentum condere, nec non celerius veniam ætatis impetrare valeant, quam Masculi ; quod pro debitis non compingantur in carceres ; quod ex fidejussione sua regulariter non conveniantur, quod ratione dotis privilegium prælationis habent ; quod ad testimonium judiciale non nisi certis casibus, invitè compellantur: Sed an etiam ad imperium admittenda ? Negat Pontifex in c. mulierem. 33. q. 5. & plerique Juris publici Consulti: Nostra hæc est sententia, ordinariâ Lege & continuatâ successione Gynæocratiam Reipubl. nulli esse salutarem, ordinariè enim ad Viros pertinet imperare, ad fœminas parere & obedire. Extraordinario v. casu, etiam ad mulieres seu relictas viduas aut filias Regis defuncti imperium devolvi potest: Si ferat 1. hoc consuetudo regni, quæ legem imitatur, à quâ recedere fas non est, nequè proficuum. Si 2. Proceres ac Subditi, quorum præcipuà hic res agitur, unanimiter in talen successionem consentiant: Si 3. habeat pectus instructum omnibus illis, quibus ad feliciter administrandum imperium opus est, virtutibus, aggressura populi gubernationem : Sic, olim Semiramidem (tacemus Exempla Sacra) Assyriis, Tomyridem Schytis præfuisse historiæ memorant; Ita Johannam Siciliæ Reginam, in Solio Regali sedentem, sententiamq; dicentem à se visam, gloriatur Angelus in l. 45. n. 2. col. 1. ff. d. judic. & Patrum nostrorum memoria occiso in Galliis parricidalim manu à Sicario, Henrico IV. reicta ejus Vidua Ludovici XIII. Mater, Sceptra tenuit, donec Filius ex ephebis excessit; Eandem regiminis ideam & modum experti sunt Britanni, Hungari, Bohemi, Sveci, Hispani. Cœterū de Beneficiis ac commodis Muli-  
erum

erum prolixius agere nostri non est instituti, cùm Præstantissimus  
ac Literatissimus Vir-Juvenis D.N. JOHAN WILHELM VELHAGIUS,  
Bilefeld. Westphalus, in Dissertatione sua Inaugurali, quam de PRIVI-  
LEGIIS FOEMINARUM inscripsit, operam hanc præstiterit;  
Is ipse, postquam trivialibus ac humanioribus missis, in variis Acade-  
miis, præprimis JULIA & GIENSENSI, sub ductu & auspicio  
Nobiliss. atque Excellentiss. Juris Antecessorum, indefesso studio, ju-  
risprudentiam excoluit, & tam publica quam privata eruditionis  
specimina edidit; Non minùs magnam Germaniæ partem, Galliam,  
Angliam & Belgicas Provincias; non ut ædificia, castella, sepulchra &  
alia ludicra nudè spectaret, sed ut ea, quæ didicerat, peregrinatione  
juvaret, & varios variarum Nationum mores, ingenia, leges, Rerum  
publ. formas observaret, perlustravit, Nostram hanc Rosarum ac-  
cessit Academiam, & exantlatorum laborum præmium, ab Ampliss.  
Facultate Juridica decenter petiit: Non voluimus nequé potui-  
mus, honesto ipsius desiderio deesse, proinde profectus ipsius in Jure,  
habito privato Examine perquam rigoroso, exploravimus, quos cùm  
satis probatos dederit, Unanimi consensu ac suffragio, ad Examen Pu-  
blicum, pro consequendis Summis in utroquè Jure Honoribus, Ipsum  
admisimus, ac concertationi huic placidæ, Diem 31. præsentis Mensis  
Maji, annuente DEO, diximus.

Ad cujus festivitatem celebrandam, Magni-  
ficum D.N. RECTOREM; SERENISSIMORUM  
DUCUM MECKLENBURGICORUM &c. &c. Patro-  
norum Academiæ Clementissimorum, Lega-  
tos splendidissimos; Nec non Prudentissimum  
hujus Urbis Senatum, tanquam Compatro-  
num munificentissimum; Excellentiss. D.N.N.  
Professores, Omnia Facultatum Doctores,  
Lisen-

Licentiatos, Verbi Divini Ministros, Artium  
liberalium Magistros, Nobilissimos item & Præ-  
stantissimos DNN. Studiosos, omnes denique  
Literatos, literarumq; Fautores, eâ, quâ par est,  
observantiâ & humanitate officiosè invitamus,  
ut statuto Die, in Auditorio Majori freqventes  
haud gravatim convenire, in eruditionem Dn.  
Candidati inquirere ac spectabili suâ præsentia  
actum hunc inauguralem illustriorem red-  
dere velint. Cui petitioni nostræ annuenti-  
bus, officia ac studia nostra paratissima  
vicissim prolixè deferimus  
atqué pollicemur.

**P. P. Rostochii sub Sigillo Facultatis  
nostræ 20. Maii Anno 1666.**











etionis marito concessis; Cūm ejusmodi beneficia qua  
afficiunt, non soleant diutiū durare, quam vivit & superest  
petunt. l. 8. C. de Metat. & Epidem lib. 12 gl. in l. Medicos 6 C. d.  
imminutus marito, ratione officii concessa, maximē in mun  
cessariis & exceptis, non transit ad viduas d. l. 8. l. 11. D. de vac  
de dignit: & nobil: lib. 9. tit. 29. Def. 23. Id. lib. 3. ubi Senat: vel C.

**XLII.** Viduæ, judicio conventæ, extra pr  
queunt, ipsæ tamen adversariu  
bunal vocare possunt.

Piissima de hoc est Constitutio Constant: in l. un. C. qua  
obs. hīc, nomine viduæ etiam venire mulieres quæ virum q  
proscriptum ad triremes, captum ab hostibus, diutiū able  
Wesenb. add. d. l. un: Accurs in l. ult. C. ad L. Fab. de plag. Hillig  
2. Beneficium illud etiam virginib: concessum videri, cum &  
ne duitate seu divisa Sichard: in d. l. un. pr: n. 4. dicantur in  
hoc cum mica salis. Extenditur th. nostra, ut non inter sit a  
divites, cūm Imp. conditionem viduitatis, quæ maximē mi  
exposita, respexerit. conf. Panorm. in c. significantib: n. 6. X. de  
40. Sichard. d. l. n. 5. Carpz. 2. Resp. Elect. tit. 2. Resp. 19 n. 9. C  
stitutionis membrum sublatum esse notum est per Nov. 86. c.  
à foro suo evocari permittitur, nisi ob protractam vel denega  
illud quāvis hodienum in quibusdam loci, uti de Gallia &  
d. l. un. n. 21. saluberrimè obtineat, quo ex pluralitate instan  
tarii mille molestiæ & incommoda declinari poterunt, in Im  
ulu quadantenus recessit; Cūm n. mutato imperii statu nec q  
Etis ad summum tribunal citare liceat Vid. Ord. Cam. p. 2. t. 1.  
status Imperii in causis viduarum cognoscant, in Camera Im  
dio uti neq; aliis miserabilibus personis, ita nec viduis proce  
calu denegatae aut protractæ justitiae, d. Ord. Cam. & Gail. d.

**XLIII.** In causis Viduarum de simplici & pl

Ut eō citius lites abbrevientur, gl. add 72. Verb. vel per  
Proc. jur: tit. i. art. I. n. 51. jun. n. 53. & seqq. Rönlgl. Schwed.

**XLIV.** Speciale omnino est in nonnullis I  
cessores Defunctorum Ecclesiæ  
as vel etiam filias in uxorem du

Vid. Finckel lib. de jure patron. c. 6. n. ult: in fin. Rationes hñju  
ratione superstitionis conjugis, demortui Ministri benè meritis,  
Graecorum Romanorumq; sanctionibus petitas, præstat silentio o  
becillitat em suam denudare: Si namq; rationibus certandum fore  
lis qs. illisæ facillimè confringerentur. Quo modo enim hic à pa  
spontaneus dici poterit, qui Conditionem præstandi involvit, qu  
sortietur effectum. conf. l. 14. C. de Nupt. C. 14. X. de Sponsal. Et si  
esse possum, velit ne, an nolit vacantem locum in Ecclesia ambire

sona mariti  
rsona com  
lib. 10. Et sic  
nialibus ne  
Fab. in Cod.  
l. 3.

ocari ne  
um Tri

: vel vid. Et  
habent v. g.  
cas. 66. n. 9.  
c. 20 lit: B.

duæ i. e. si  
le V. S. Sed  
uperes, an  
injuriis est

l. O. 1. n.  
im d. Con  
juemquam

Alterum  
ir Vult. in  
ntia adver

Germ: ab  
liatè subje  
principes ac  
judice me

ur, nisi in

i solet.

Carpz. in  
2. tit. s. n. 18.

, ut suc  
n Vidu  
ur.

commis  
antiquatis  
iisdem im  
illæ scopu  
sus liber &

q; res suum  
ati arbitrio  
viduam aut  
filiam

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 111  
Patch Reference numbers on left

mm

Inch

B9

A8

C9

A7

C8

B8

A6

C7

B7

A5

C6

B6

A4

C5

B5

A3

C4

B4

A2

C3

B3

A1

C2

B2

A0

C1

B1

A9

C0

B0

A8

C7

B7

A6

C5

B6

A5

C4

B5

A4

C3

B6

A5

C2

B7

A6

C1

B8

A7

C0

B9

A8

C9

A7

C8

B8

A7

C9

B9

A8

C9

B9